Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



gitare cepit. Simulans
igitur languorem misit ut ad
eam veniret, et se invisere
dignaretur. Cui cum ve-
nisset, aperuit ei qualiter eius
cuius amore capta esset,
staticque eum apprehendens
amplectitur et osculatur,
et ad crimen exhortatur. Quem
statim frater Eugenius ab-
horruit dicens: Recte Me-
lancia nomen habere cogno-
sceris. Nigredinis enim
repleta perfidia nigra diceris
filia tenebrarum, amica dya-
dux pollutionis, fomentum
libidinis, soror anxietatis
perpetue, et mortis filia
sempiterne. Illa vero decep-
tam se videns, et timens ne
forte scelus publicaretur,
voluit ipsa prior detegere,
clamare cepit quod Euge-
nius voluit eam violare,
et phylippo prefecto conquesta
est dicens: Iuvenis quidam
christianus ad me causa
medendi ingressus, in me
irruens, et nisi unius an-
cille que intra cubiculum
erat fuissem liberata suf-
fragio, sue me libidini
conciasset. Audiens hec prefectus,

ira succenditur, et missa ap-
paritorum multitudine, Eu-
genium ceterosque suos christi
servos vinctos adduci fecit,
diemque statuit in quo deberent
tradi deberent morsibus besti-
arum, accusans autem eos coram
se dixit ad Eugeniam:
Dic nobis scelestissime,
hoc vos christus docuit ut
opera corruptionis decis, et
matronas impudenti vesa-
nia violetis. Cui Euge-
nia demissa facie ne ag-
nosceretur dixit: Dominus noster
castitatem docuit, et integ-
ritate servantibus vitam eternam
promisit. Hanc autem Melan-
ciam falsam dicere monstrare
possumus, sed melius est
ut nos patiamur quam quod illa
cum convicta fuerit puniatur,
et fructus patientie nostre depe-
reat. Verumtamen adducatur ancil-
la, quam dicit nostri sceleris esse
testem, ut ex ore eius pos-
sint refutari mendacia.
Que cum adducta fuisset,
a domina sua docta, constanter
sibi opponebat quod dominam
suam voluit opprimere, quod
et omnis familia fatebatur.
Tunc autem Eugenia, tempus